

miratur, quonam suo scelere in sectione pecunie inperatricis <sup>1</sup> ita exclusa et predampnata sit, et certe iniquissimum arbitratur. Quomodo enim quę non fuit immunis iniurie, immunis sit gratię? Et quę detrimentis et miseriis <sup>f</sup> communibus fuerit affecta, cur non etiam pro sua parte communi solatio sit refecta? Verum hoc mihi longe acerbissimum est, quod aliqui <sup>g</sup> predicant vestro preiudicio <sup>2</sup> omnem spem quoque restituendis dampnis meis extinctam esse. Quid enim nisi <sup>h</sup> dolere et exulcerari debeam? Infestissimus imperatricis animus dampna nostra parva iudicat, vestra porro gratia nulla ea estimat. Foris odio, domi <sup>i</sup> ardemus invidia, nusquam nobis respondet gratia. Denique illud comicum in me verissime cadit: 'Bona perdidit, mala repperit, factus sum omnium extimus'.<sup>3</sup> Petra vestra summa ope exedificatur, sed magna pars rusticorum, qui vecturas lapidum eo promiserunt, ementiti sunt. Capella nostra beato Paulo devota vestrum adventum unice expectat, quatinus vestra consecratione eius desponsetur patrociniis, cuius protectione contra adversa omnia vos muniri optamus. Amen.

## 11.

(*Meinhard an Bischof Gunther*): klagt über die häufige Abwesenheit des Bischofs und bittet um baldige Rückkehr.<sup>4</sup>

(1063 etwa März.)

*Cod. Paris. lat. 2903 fol. 49'.*

Non facile dixerim patrimonia vestra amplissima in tot provinciis tam late dispersa, utrum uberiore gaudio an tristitia me

10. <sup>f</sup>) korr. aus miseris c.    <sup>g</sup>) korr. aus aliquid c.    <sup>h</sup>) enim nisi korr. aus ni enim c.    <sup>i</sup>) davor nochmals domi ardemus getilgt c.

<sup>1</sup>) Diese Geldverteilung durch die Kaiserin Agnes ist offenbar vor ihrem Aufbruch nach Italien, letzterer also erst Anfang 1063 anzusetzen. Die durch St. 2614 bezeugte Anwesenheit der Kaiserin am Hofe am 26. November 1062 ist demnach trotz aller Wegdeutungsversuche (vgl. MEYER VON KNONAU 1, 280 N. 84) nicht zu beanstanden.    <sup>2</sup>) Anspielung auf den Streit Gunthers mit der Kaiserin.    <sup>3</sup>) Dieses (ungenau) Zitat aus Plautus ist nur bei Priscian, Inst. 3, 25 überliefert, s. Gramm. Lat. ed. KEIL 2, 101.    <sup>4</sup>) Der Brief ist wahrscheinlich ein Begleitschreiben zu n. 10. Daß Bischof Gunther der Empfänger ist, ergibt sich aus dem Hinweis auf die Besitzungen (wahrscheinlich in Kärnten), die der Anlaß seiner Abwesenheit sind. Vermutlich schreibt hier Meinhard im eigenen Namen.